Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



167

vade et corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit lucrasti fratrem tuum. Si autem non audierit adhibe tecum adhuc unum vel duos: ut in ore duorum vel trium stet omne verbum. Quod si non audierit eos: dic ecclesiae. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Amen dico vobis: quaecumque alligaveritis super terram erunt ligata et in celo. Et quaecumque solveritis super terram: erunt soluta et in celo. Iterum dico vobis: quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quamcumque petierint fiet illis a patre meo. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorum. Tunc accedens petrus ad eum dixit. Domine quotiens peccabit in me frater meus: et dimittam ei? Usque septies? Dicit illi iesus. Non dico tibi usque septies: sed usque septuagies septies Offertorium Dextera domini fecit virtutem dextera domini exaltavit me non moriar sed vivam et narrabo opera domini Secreta Per hec venerat quas divine sacramenta mire